Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25978
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Cervus xpc t sci contemplantes uanitatem sectantes ut psalmista. Montes excelsi cervis petra refugium ermaciis. t alibi. Sic cervus desiderat ad fontes.

Cervi significant scos predicatores. ibices id eos auditores.

Hinnulus idest cervi filius intelligitur xpc aut gliber sci spiritus gratiarum varietate quem est in sciis uiris. In salomone. Similis es dilecte mi damule hinnuloque cervorum super montes aromatum. Spc di.

Damula idest quod hinnulus significat.

Lepus et erici tumentes dm significant ut ant septuaginta. t ericii genus iuvenilida quod fecerunt in petris domos sibi.

Erici quod spinis tegunt peccatores significat quod omni instantia defendere et abscondere nituntur opa prava.

Vulpes significant callidos t heretricos t diabolum. In euangelio de herode dns. Ite dicite vulpi illi.

Animal homo carnalis ut apls. Animalis autem homo non percipit ea quae sunt.

Aper diabolus t gliber uanitatem ut in pso. Exterminauit eam aper de.

Tigris arrogantem t superbe bona sua sua reputantem significat ut in lib iob. Tigris perit eo quod non habet predam.

Rinoceron fortis quisque t potens in cepis huius sci. t in bona parte t in mala. In lib iob. Numquid uolet rinoceros seruire t idem uocatur monoceros idest unicornis. In pso hic xpm significat t dilectus quadmodum filius unicornuorum t unicornium idest singularis potentia. t scos significat quod tenent unicum di uerbum. In mala parte ponitur pro gliber superbo t uiolento t unum testamentum tenente ut psalmista in persona passuri dni. Liba me dne a cornibus unicornuorum.

Onager heremita t quia remotus a cetibus popularibus conuersantur ut in libro iob. Qis dimisit onagrum liberum et uincula eius quis solutis. Liber quippe dimittitur qua calcaria terrenis desideriis ab appetitione rerum temporalium securitate mentis exonerat. Soluit mentis uinculum eius diuino adiutorio intima desideriorum carnalium retinacula disrumpunt.

Iumenta noie interdum obedientes significantur ut e. ut iumentum factus sum apud te. Alias luxuriosi. ut illud. Corruerunt iumenta in stercore suo.

Equi noie aliquando lubrica uita puorum aliquando dignitas temporalis aliquando hoc ipsum presens sctm. aliquando preparatio recte intentionis aliquando rectus predicator expmitur. In bona parte quia ascendit super equos tuos. In mala parte ut illud. Fallax equus ad salutem.